



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Suspensio ipso iure.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Syl. numer. 8. Sayr. ca. 17.*

20 Qui certus est se non peccasse, non incidit in suspensionem: nunquam enim imponitur ab homine sine culpa, saltem veniali; nec à Jure aut ab homine, ob contumaciam, nisi ob mortalem.

21 Suspensio in totum, & perpetua ab officio, & beneficio, est potius depositio.

*Suspensi ipso iure:*

1 **C**Lericus in sacris notorius fornicarius vsque dum pœniteat; quãquam videtur hæc suspensio consuetudine sublata, certè nõ est in usu. *Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. ad 2. & d. 13. q. 1. art. 9. & Med. in Sara lib. 1. c. 11. §. 8.*

\* De suspensis ipso iure, *Fum. nu. 16. Syl. nu. 6. Nau. n. 155. Sayr. cap. 12. 13. 14. 15. l. c. vide etiam Sot. d. 25. q. 1. art. 3.*

\* Non est in usu *Med. instruct. confess.*

2 Ordinatus in sacris sine ætate legitima, aut dimissorijs, aut extra tempora, sed suspensus ab executione Ordinum, nisi fecisset absque dolo, & si Ordine vtatur; non quidem quando ab Episcopo ordinatur, sed post (tunc enim solum incurritur suspensio) fit irregularis, nisi absit contemptus: requiritur enim præsumptio. \* *Vide Sayr. c. 14.*

3 Excommunicans, suspendens, aut interdicens, sine scriptura, & causæ expressione, est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ.

Excipe Prælatum regularem hæc agentē cum suis. *Vide de sent. excom. lib. 6. c. 1.* Idemq; dic de excommunicante sine monitione Canonica.

4 Sacerdos qui sine legitima licentia matrimonio cōiungit aut benedicit, est suspensus ab Ordine, donec ab Episcopo Parochi illius absoluator. *Ex Trident.*

\* *Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matr. Lopez 2. p. c. 39.* putat, hunc à beneficio etiam esse suspensum: at *Man. t. 1. c. 221. num. 4.* putat ab Officio solum, seu ab Ordine: posse tamen suspendi etiam à beneficio. idem *Sanchez de matrim. lib. 3. d. 51. in fine, idemque ferè Sayr. c. 15. num. 9.*

Hunc ab Episcopo non posse absolui, tradit *Sanchez l. c. d. 52. n. 3.* & alij contra sentiunt.

5 Ordinatus scienter à Simoniaco denunciato.

\* *Maiol. de Irreg. lib. 4. c. 23. Sayr. c. 14. num. 6. Vial. de susp. nu. 33.*

6 Religiosus habens administrationem si alienat illegitimè, & suspensus ab officio.

\* *Nau. c. 27. nu. 157. Sayr. c. 13. num. 11.*

7 Ordinatus ab excommunicato, suspensio, aut interdicto denunciatis: quòd si ignoranter factum, dispensat Episcopus.

\* *Nauar. c. 25. numer. 69. Maiol. l. c. c. 22. Sayr. c. 14. num. 1. l. c.*

8 Ordinatus Simoniacè est suspensus ab Ordinibus (sed excusat ignorasse, aut contraxisse) itemq; ordinās. \* *Vide Sayr. l. c. nu. 6.*

9 Ordi-

9 Ordinatus in irregularitate, est suspensus, solusque Papa dispendat.

10 Ordinans aliquē sine beneficio, aut patrimonio sufficienti, est suspensus à collatione talium ordinū per annum. *Ex Trid.* Ipse autē ordinatus non est suspensus. *Ex Congr. Concil.* Debet autem illum Episcopus, qui scienter facit, alere, *secundum Nauar. & alios.*

\* *Vide Sayr. l. c. nu. 16.*

11 Ordinans non subditum, etiam ad primā tonsuram, sine licentia proprii Episcopi, est suspensus à Pontificalibus per annum: ordinatus verò ab Ordine vsque ad beneplacitū Prælat. *Ex Trident.*

\* *Vide Sayr. c. 14. nu. 10. Vival. nu. 126.*

*Trident. 3 sess. 6. c. 5. sess. 23. c. 8. de reform.*

12 Ordinans inuitum, est suspensus per annum à celebratione Missæ. \* *Sayr. c. 12. nu. 23.*

13 Conferens tonsuram illiterato, suspensus est per annum à collatione tonsuræ, secundū quosdam: quod non puto esse in vsu.

\* *Sayr. l. c. nu. 18.*

14 Ordinatus per saltum, est suspensus ab Ordine suscepto; quòd si non ministravit, Episcopus dispensat. *Ex Trid.* Est tamen, priusquam vtatur, suscipiendus Ordo omissus. Quòd si ignoranter ministravit, dispensat Episcopus etiam vt ascendat; si scienter solum vt accepto vtatur.

\* *Vide Diaz cap. 20. pract. canon. Nauar. c. 25.*

Bb 6

num. 71.

*numer. 71. Sayr. c. 14. numer. 26.*

15 Qui visitans exigit pecuniam, vel muneram, vel à nō visitatis procurationem, si Episcopus, suspensus ab ingressu Ecclesiæ: si inferior, ab officio & beneficio, vsque dum restituant duplum. Quòd si absoluat à potente absoluerè, non tenetur ad duplum.

*\* Vide Sayr. c. 15. num. 26.*

16 Præsumens in concione populari, aut vbi est virorum, & mulierum multitudo, de Cōceptione B. Mariæ in alterutram partem disputare, asserendo propriam sententiam rationibus, aut auctoritatibus, & contrariam refellendo, aut vulgari sermone scribere, aut dictare, est suspensus à diuinis, si est in sacris, & priuatos omni gradu dignitatis, & ad similem inhabilis, solusque Papa dispensat. *Ex Pio V.* Nota quòd requiritur præsumptio, adeoque dolus.

*\* Vide Sayr. c. 15. num. 21. Vial. num. 16.*

17 Religiosi præsumentes in domus suas feminasmittere, suspensi à diuinis, & ad officia inhabiles. *Ex Pio V.* *\* Sayr. c. 14. num. 20.*

18 Exemptus admittens ad diuina nominatum excommunicatum, vel interdictum, est suspensus ab ingressu Ecclesiæ, vsque dum satisfaciat. *Vide c. Episcoporum; de priuileg. lib. 6.*

19 Suscipiens duos Ordines sacros eodem die, vel vnum sacrum cum aliquo ex minoribus, est irregularis; nec amplius excusare potest:

potest contraria consuetudo, quæ sublata videtur nouo iure. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 23. de reform. Ita Tolet. lib. 1. cap. 71. Quidquid dixerit. Nau. c. 27. nu. 241.*

*\*Vide Sayr. nu. 23. l. c. Nau. c. 25. nu. 71.*

20 Ordinatus illegitimè post matrimoniū ratum est suspensus ab Ordine, officio, & beneficio, si manet in seculo.

*Suspicio, vide Iudicium temerarium.*

TABELLIO, VIDE

*Iudiciales actus.*

TEMPVS.

1. **T**empus longum dicitur decem annorum, longissimum triginta.
2. Tempus statutum à iure ad aliquid, in dubio oportet sit continuum.

*Testamentum, vide Clericus, Donatio,*

*Fiscus, Hereditas.*

1. **T**estari non potest Religiosus professus, nec filius familias, nisi de peculio castrensi, aut quasi castrensi: non autem de adventitio sine patris consensu, nisi sit Clericus etiam solum primæ tonsuræ: in eo enim adventitium est quasi castrense. Nec pupillus, nisi doli capax, & confirmans iuramento: nec bello iusto captiuus, nec obses apud infideles. Nec ad mortem præsens damnatus, nec deportatus, nisi ad pias causas, possunt. Nec manifestus.

Bb 7

nifestus.